

## CLXXVIII

nemo veniebat ad visitationem eius. **T**al-  
acis vero triginta diebus et nullo veniere  
ad eum misit dominus angelum suum qui ministraret  
ei. **E**t cum sic fieret per septem dies recordati  
iunt fratres et dixerunt. **C**amus et videamus ne  
forte infirmetur ille senex. **C**um ergo venissent  
et pullassent discessit angelus ab eo. **P**oen-  
te in uno clamavit. **D**iscedite hinc fratres  
illi autem levantes a cardine ostium intrauerunt  
et interrogaverunt eum quem clamaverit et il-  
le dixit. **Q**uod triginta dies habui laborans  
in infirmitate et nemo visitavit me. et ecce  
tam septem dies sunt quod dominus angelum suum mi-  
hi ut ministraret mihi. qui cum venissetis. ve-  
cessit a me. et hec dicens dormiuit in pace.  
**F**ratres autem mirati sunt et glorificaverunt eum  
dicentes. **Q**uod non derelinquet dominus spiritus  
in se. **D**ixit quidam senex. si te occupave-  
ri: infirmitas corporis noli pusillanimitas fi-  
eri. quod si te dominus deus vult corpore debilem  
fieri quis es tu si moleste suscipias. **N**on  
ne ipse pro te cogitat de omnibus. **N**unquid sine  
ipso vivis. **P**acienter ergo fer et roga eum ut do-  
net tibi quod expediant. hoc est ut quod voluntas  
ipius est facias. et sede cum pacienna mandu-  
cans quod habes in caritate. **N**arravit qui  
dam pauper dicens. **Q**uod cum essem in oriturco  
venisset ibi pauperes vesperi sabbati. ut acci-  
peret agnam. et dormientibus eis erat ibi quidam  
homo timido matrem cuius medietate sibi sub-  
mittebat et medietate cooperebat. erat autem  
ibi validus fugus. et cum exisset ad urinam audi-  
vi eum murmurare et gemere pro frigore et sol-  
labat seipsum dicens. **G**ras tibi ago domine.  
**Q**uanti sunt homo in custodia divites qui  
etiam in ferro sedent atque pedes habent in ligno  
pstratos qui nec urinam suam libere faciunt  
**E**go autem velut impator sum extendens pe-  
des meos et ubi volo ambulo. **H**ec illo di-  
cente. ego habeo audientes verba eius. **I**ngre-  
diens autem narraui ea fratri. et audientes mihi  
edificati sunt. **F**rater interrogavit se-  
nem dicens. **S**i fuero in aliquo loco et nata  
mihi fuerit tribulatio et non habuero cui  
me committam. et indicem illi passionem animi mei  
quid faciam. **D**ixit ei senex. **C**rede in deo.

quia ipse mittet angelum et gratiam suam. et ipse  
tibi est consolatio si in caritate rogaveris eum  
et addidit dicens. **A**ndivi enim quod in scitibi  
tale aliquid factum est. **E**t ait ei ibi quidam qui  
sustinebat temptationes et non habuit fiduciam  
in aliquo cui confiteretur. **P**apat a sero melos  
tam suam ut discederet. **E**t ecce noctu ap-  
puit ei gratia dei in specie virginis et rogabat eum  
dicens. **N**unquid vadas loco sede hic mecum  
nichil enim ex his male fit quod audisti. **Q**ui  
credens verbis eius sedit. et statim sanatum  
est cor eius. **F**init liber de pacienna  
sive fortitudine.

## Incipit liber quod

per ostentationem nichil fieri debeat. **R**  
**A**ndivi aliquem abbas Antho-  
nius de quodam iuvene mona-  
cho. quod signum quod dicitur homo fe-  
cerit in via cum vidisset quod daz  
senes iter agentes et laborantes inambu-  
lando. iussit onageris ut veniret et portaret  
eos donec veniret ad se. **I**lli autem senes in-  
dicantes abbati Antimonio. dixit abbas  
Antimonius. **V**idetur mihi monachus iste filius  
esse navis onerate omnibus bonis de qua incer-  
tum est utrum puenire possit ad portum. et post  
aliquantum temporis subito cepit abbas Antho-  
nius flere et trahere sibi capillos et lugere.  
**Q**uod cum vidissent discipuli eius dixerunt ei  
**Q**uid ploras abba. **E**t respondit senex. **S**u-  
gna columna ecclesie cecidit homo. **D**icebat  
autem de monacho illo iuvene. et adiecit. **V**e-  
nite et ambulate ad eum et videte quod factum  
est. **P**errexerunt igitur discipuli eius et iuvene-  
runt monachum illum super matrem sedentem et fle-  
tem peccatum quod fecerat. **C**idens autem discipu-  
los senis dicit eis. **D**icite seni ut obsecret  
deum. decem tamen dies dare mihi inducias. et  
spero me satisfactum sibi. **Q**ui tamen infra quatuor  
decem dies mortuus est. **L**audatus est quidam  
a monachis frater apud abbatem Antonium  
**I**lle autem cum venisset ad eum. temptavit si por-  
taret iniuriam. **E**t cum cognovisset quod non posset  
ferre. dicit ei. **S**imilis est domus quod a facie quod  
dem ornata est. de retro vero a latronibus